



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Novæ Observationes Et Additiones Ad A. R. P. D.  
Bartholomæi Gavanti Congreg. Cleric. Regul. S. Pauli ac  
Sac. Rit. Congregat. Consultoris Commentaria In Rubricas  
Missalis Et Breviarii Romani**

Adiectis Summorum Pontificum & Sac. Rit. Congreg. Decretis usque ad  
præsens emanatis

Complectens III. & IV. Partem Commentariorum Gavanti in Rubricas  
Missalis

**Merati, Gaetano Maria**

**Augustæ Vindelicorum, 1740**

**VD18 10783695-002**

De Dominicis à Septuagesima usque ad Feriam. 4. Cinerum. V.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39964**

## Novæ Observationes, &amp; Additiones ad Gavanti

Tit. V. De Dominicis à Septuagesima, usque ad Feriam 4. Cinerum.

I. Gavant. pag. 179. col. 1. n. 1. *Quadragesima Ritus antiquior est . . . nam ab Apo-*  
*stoli tradita est, &c.) Non defunt, qui insti-*  
*tutionem jejunii Quadragesimalis Telephoro*  
*Summo Pontifici adscribunt apud Eusebi-*  
*um in Chronicō ad annum Christi 36. ubi*  
*ia legitur: Quadragesimale jejunium à Tele-*  
*phoro per hoc tempus institutum ac preceptum qui-*  
*lau sibunt. Verūm hæc verba in MSS. Co-*  
*ñibus desiderari, ideoque Chronicō Eusebii*  
*intra esse, jam animadverterunt Arnal-*  
*dius Pontacus, & Josephus Scaliger in Notis*  
*si illud Chronic. Rabanus quidem Mau-*  
*rius lib. 2. de instit. Cleric. cap. 34. & Ruperto*  
*Tuitiensis Abbas lib. 4. de divinis Officiis*  
*cap. 9. idem scribunt ac Eusebius; sed dicen-*  
*dum cum Francisco Pagio in historia Telephori*  
*Pape, Rabanum, & Rupertum facile*  
*decepere fuisse, sive testimonio libri Ponti-*  
*ficii Anastasio Bibliot. tributi, sive inter-*  
*politiam Eusebii Chronicī, & præstantiores*  
*ille Auctores illos, quos referunt Thomas*  
*in tract. de jejunio cap. 4. 5. & 6. & Na-*  
*tulus Alexander seculo II. dissert. 4. art. 3. quo-*  
*nrum auctoritate probatur, Quadragesimale*  
*ex Antepalchale jejuniū ex Apostolica tra-*  
*ditione acceptum, & derivatum fuisse, præ-*  
*sentim vero auctoritate Divi Hieronymi epist.*  
*14. ad Marcellam, ubi ait: Nos unam Qua-*  
*dragesimam secundum traditionem Apostolicam*  
*ejacamus, &c. & S. Leonis serm. 43. de Qua-*  
*dragesima 6. cap. 2. in quo hæc leguntur:*  
*Apostolica institutio quadragesima dierum j. junii*  
*implat non cibarum tantummodo pacitate,*  
*sed privatione maxima vitorum, &c. Aliae*  
*antiquorum PP. nec non Conciliorum au-*  
*toritates, & alia spectantia ad hoc Quadra-*  
*gesimale jejuniū, legi poterunt apud mox*  
*laudatos Auctores, nec non apud Baillet tom.*  
*4. pag. 36. & si q. editionis Parisiensis Anno*  
*1716. Grancolas Comment. bister. in Brevia-*  
*Gavant. Rubr. Miss.*

rium Romanum cap. 37. & recentissimè apud  
*Card. Lambertinum in sua instruct. seu noti-*  
*ficatione 15. in qua inter alia optimè notat,*  
*hunc Ritum ab Hæreticis impeditum, fuisse*  
*à quatuor sapientissimis S. Rom. Eccles. Card.*  
*validissimi propugnatum, nimirum Baronio*  
*ad annum Christi 57. n. 140. Bellarmino tom.*  
*4. suarum controvers. lib. 2. Cozza in suo tract.*  
*Dogmar. & Morali de jejunio, & Gotti in suo*  
*commendatissimo opere contra Jacobum Pi-*  
*ceninum tom. 2. part. 1. art. 6. §. 4. & seqq.*

II. Gavant. pag. 179. col. 1. n. 2. *Quin-*  
*quagesima tribuitur Telephoro, &c.) Inſtien-*  
*do Gavanti vestigiis, hunc ordinem tenemus*  
*in his nostris Additionibus, & Observationi-*  
*bis, procedendo nimirum à Ricibus, & je-*  
*junio Quadragesimali, ad Dominicam Quin-*  
*quagesimæ, de qua dicimus, quod non solùm*  
*Radulphus tribuit Quinquagesimam Telef-*  
*phoro, sed etiam Petrus Bleensis serm. 13.*  
*qui pariter Quadragesimæ institutionem ei-*  
*dem Pontifici adjudicavit; quæ quidem falsa*  
*opinio ab Ante Siricianis decretalibus, de*  
*quibus suprà sermonem habuimus in pluribus*  
*locis, originem trahit; deinde cit. serm. 13.*  
*Petri Bleensis dubitatur à nonnullis, utrum*  
*sit genuinus, vel suppositius, ut notat etiam*  
*Card. Lambertinus in sua notificat. 14. Pre-*  
*dictum autem Quinquagesimæ nomen plus*  
*quam quadringentis annis post Telephorum*  
*inventum fuisse censet Grancolas l.c. cit. cap.*  
*35. & plusquam centum post S. Ambrosium,*  
*ideoque non admittit tanquam verum, & ge-*  
*nuinum serm. 19. qui sub ejus nomine cr-*  
*cumfertur, & qui de Quinquagesimæ incrit-*  
*bitur. Concilium Aurelianense I. anno 511.*  
*Can. 24. Quinquagesimam vetuit, hoc est*  
*jejunare una hebdomada ante Quadragesi-*  
*mam: Ut ante Pascha solennitatem, non Quin-*  
*quagesima, sed Quadragesima teneatur; id que*  
*Sss prohi-*

prohibuit, ut Ritus uniformis ab omnibus servaretur. Quartum verò Concilium Aurelianense anno 541. *Can. 2.* tanquam novum quiddam, & insuetum considerans, Quadragesimam anticipare duabus hebdomadis, ut supplerentur sex Dominicæ, in quibus jejunare non licet, & sex Sabbata, quibus multi jejunari solebant ad exemplum Orientalium, jejunari jussit Sabbatis Quadragesimæ, & idcirco non solum Quinquagesimam, sed etiam Sexagesimam vertit. *Hoc etiam decernimus observandum, ut Quadragesima ab omnibus Ecclesiis aequaliter teneatur, neque Quinquagesimam, aut Sexagesimam ante Pascha quilibet Sacerdos audeat indicere, sed neque per Sabbathum quisque solvat Quadragesima jejunium.* Hujusmodi autem constitutiones Populis tantum, & Laicis inservierunt; vestitissima enim est apud Clerum abstinentia inchoatio in Quinquagesima, ut legitur in vita S. Uldarici Augustani Episcopi circa decimum seculum, in qua legitur, quod Clerici carnes manducare desinenter à Dominica ante Quadragesimam: *Mosè Clericorum, Dominica ante Quadragesimam carnes manducare, & deinceps usque ad Pascha devitare.* Petrus Blesensis *rit. serm. 13.* de Quadragesima ait: *Jejunium Quadragesimale, Regulares Canobiti incipiunt a Septuagesima 3 Graci à Sexagesima, Clerici vero nostri Auctore Telephoro Papa à Quinquagesima, Universus exercitus Christianæ militiae, Juvenes, & Virgines, Senes cum junioribus ab hac Quadragesima. Concilium Claronontanum Anno 1095. sub Urbano II. ita statuit: Nemo Clericorum à Quinquagesima carnes comedat.* Concilium Andegavense Anno 1270. suspensionem ministrat Presbyteris, qui jejunium Quadragesimale non inciperent Feria 2. Quinquagesima; & Concilium Salisburgense Anno 1281. ad id Religiosos omnes adstringit; & quidem multi Religiosorum Ordines, inter quos etiam nostra Clericorum Regularium Congregatio, hoc observat institutum, jejunandi nimirum 2. & 3. Feria ante Cineres, & ita

præscribitur in nostris constitutionibus *lib. 2. cap. 3.* Porro his duobus diebus jejunio Quadragesimale adjectis id mysterium observare erit, ait noster Antonius Caracciola in Synopsi veterum Religiosorum Rituum *2. part. cap. 3. num. 6.* quod Beatus Ambrosius memorat, videlicet, sicut post 42 mansiones ad Terram promissionis à Iudeis pervenit, ita nos 42. dierum jejunii Beatam Resurrectionis Regionem Christi regentis meritis consequamur. Non definet advertere, quod in Liturgia Mozarabica hic Dominiea Quinquagesima appellatur *Dominica ad carnes tollendas*, & in historiâ Mathie Paris, vocatur *Carnispratum*, ob infinitam rationem, quia nimur ab hac Dominica incipiebat abstinentia à carnis, & Antepaschale jejunium.

De Quinquagesima fuse differit Amalarius lib. 1. de ecclesiast. Officiis cap. 3. Baillotom. 4. pag. 15. Grancolas supradicit. *cap. 35.* Et Card. Lambertinus in sua eruditissima *Iteratione Paschale* XIV.

III. Gavant. pag. 179. col. 2. num. 4 a numero dierum *Ordo Romanus Septuagesima definit, &c.*) Dominica 3. qui precedit Quadragesimam, hoc est primam Dominicam Quadragesimam, vocatur Septuagesima. Etenim sicut ab Ecclesia illa Dominicâ semper appellata fuit Quadragesima, id est quadraginta dierum spatium, ita juxta eandem dicendi formulam retrogrado grada appellata est Quinquagesima, prima illarum trium Dominicarum, quæ precedunt Quadragesimam, secunda vero appellatur Sexagesima, & tercias Septuagesima: hoc nomen locice sunt præfatae Dominicæ ob rationes, quæ insinuat Gavantus hic, & quas etiam tradit Pisart in direct. Canonio. c. 5. nec non Halden part. 1. iii. 40 §. 1. præsertim vero Durandus in Rationali lib. 6. cap. 24. Baillot loc. supradict. *§. 2. n. 4. pag. 4. editionis Parisiensis 1716.*

Graci primi fuerunt, qui à Septuagesima Quadragesimæ exordium duxerunt, quia non jejunabant Feria 5. neque Sabato, ne-

que Dominica, ideoque ut tres prædictos dies restituerent, anticipabant Quadragesimam tribus hebdomadis, ut refert Ratramnus lib. 4. contra Grecos cap. 4. Tribus enim aliatis de septem, Dominica videlicet, Sabbatho, & quinta Sabbati, supversunt quatuor dies per singulas hebdomadas jejunari. Ad imitationem facilem Græcorum, ut opinatur Grancolas *supradic.* cap. 33. inventa est Romæ Septuagesima, saltem in Officio, & Missa, & circa tribus hebdomadis anticipatus est Quadragesima Ritus, sublatissimis quibusdam laetitia signis in Officio publico, eo tempore, quod in Oriente jejunio quadragesimæ confereretur, ne scilicet Romani Græci laxiores viderentur; qui Ritus cum Roma in Galliam transiit Caroli Magni ævo, quæsumus fuit, qua auctoritate talis Ritus immari posset. Extat epistola Alcuini ad Carolum Magnum scripta, qua Princeps ille consultur de Quinquagesima & Sexagesima virginie, & quin suppositiæ Decretales, à Pleado Ilidoro compilatae, & interpolatae, pervagari cœperant, Telephoro Papæ attribubatur Decretum de Quinquagesima, ut Sabbathi jejunii supplerentur, & Papa Melchiadæ Decretum de Sabbathis non jejunandi; dicebaturque primus Quinquagesimam, secundus Sexagesimam instituisse. Ita porro Carolus Magnus Alcuino respondit. Cùm tales suppositiæ Epistola Decretales sub Carolo Magno in Galliam inventæ fuissent, nil nimis, si Princeps ille deceptus fuerit. Sed Ratramnus videtur non ignorasse talium Decretorum falsitatem, cùm ea silentio præterierit. Concludimus igitur, quod ex anticipatione jejuniiorum quadragesimalium, trecentis hebdomadæ, nempe Septuagesima, Sexagesima, & Quinquagesima, sunt introductæ.

Duo Septuagesimæ termini sunt: dies 18. Juniarum, festum Cathedræ S. Petri Romæ, quando Pascha incidit in diem 22. aut 23. Martii, & dies 22. Februarii, quo colitur

Cathedra S. Petri Antiochiae, quando Pascha tardius occurrit, videlicet 25. Aprilis, ut contigit Anno 1734. quo haec scribebam.

IV. Gavant. pag. 181. col. 1. num. 13. Omittuntur à Septuagesima *Canticæ latitiae, &c.*) In præfatis tribus Dominicis, quæ præcedunt Quadragesimam, dicitur Missa propria cum *Credo*, fine *Gloria in excelsis*, & *Alleluia*; in eadem Missa, si Dominica Septuagesima (idem est de Dominica Sexagesima, ac Quinquagesima) venerit ante Festum Purificationis, vel in ipsa die Purificationis, Oratio secunda est *Deus, qui salutis aeterna, &c.* (Correspondens autem huic secreta, juxta Rubricas Missalis, tunc non est *Mensis nosfris, &c.* utpote incidens cum Oratione currentis Dominicæ; sed *Tua Domine, &c.* ex Missa Votivæ de S. Maria post Purificationem) tertia Oratio erit *Ecclesiæ*, vel *pro Papa*, uti notatur in Dominica secunda post Epiphaniam. Si vero venerit haec Dominica post Festum Purificationis, Oratio secunda erit *A cunctis; tertia ad libitum.* In iisdem Dominicis (uti & in Festis) post Graduale (omisso in Festis *Alleluia*, ac *v. seq.*) dicitur Traetus, ut ibi, non item in Feriis, in quibus resumitur Missa præcedentis Dominicæ; nam in iis tantum dicitur Graduale, omisso Traetu. Præfatio Communis à Septuagesima, usque ad Feriam 4. Cinerum, in Missa Dominicali, ac Feriali, & in Fine *Benedicamus*; quod si in hac, aut alia Dominicæ privilegiata, occurrat dies octava alicujus Festi (v. g. Patroni, aut Dedicationis Ecclesie) fit de tali Octava tantum commemorationis in Missa, sicut & in Officio, non tamen dicitur in Missa tunc dominica tercia Oratio. Cùm enim in Dominicis infra Octavam dicantur tantum duæ Orationes (nisi forte facienda sit commemorationis Festi simplicis occurrentis) à fortiori non nisi duæ erunt dicenda Orationes in casu, quo dies ipsam Octavam occurrit in Dominicæ, utpote nobilior tam die infra Octavam, quam etiam Dominicæ infra

Sss 2

Octa-

Octavam, uti discurrit Bauldry part. 3. cap. 7. in tit. de *Ora*, sectando doctrinam nostri Gavanti in eodem *Titulo de Ora*. &c.

Ceterum de predictis Dominicis Septuagesimæ, & Sexagesimæ eruditè tractant ideo, quos allegavimus suprà de Quinquagesima, nec non Durandus in *Ration. lib. 6.*

cap. 24. & Martene in *tratl. de antiqua Ecclesie disciplina cap. 16.* Alios eundem Dominicanorum Ritus nos cum Gavanto trademus in nostris Observ. & Addit. ad 2. Tom. sui Thesauri, in quo commentatur Rubricas Provinciarum Romanorum.

### Novæ Observationes, & Additiones ad Gavanti

*Tir. VI. De Feria 4. Cinerum, usque ad Dominicam de Passione,*

I. Gavant. pag. 181. col. 1. n. 1. *Feria IV. si uerò dies Cinerum non est caput Quadragesima, &c.*) Suprà innuimus, Concilium Aurelianense anno 541. ut Quadragesima ab omnibus servaretur, vnuile Quinquagesima, aut Sexagesima Antepaschale jejunium, & ejusmodi constitutiones Populis & Laicis interviisse, quia Clerici adhuc ex peculiari discipline inchoabant jejunium Antepaschale à Dominicâ Quinquagesimæ; nunc verò iterum dicimus, quod antiquitus vigebat usus non inchoandi præscriptum quadragesimale jejunium, nisi Feria 2. post primam Dominicam Quadragesimæ; unde verissimum est, quod Feria 4. quam diem Cinerum appellamus, non erat caput Quadragesimæ, & reverà tres aliae Feriae sequentes titulo carent Quadragesimæ, sed inscribentur *Feria V. Feria VI. Sabbato infra Quinquagesimam*, & predicta Feria 4. inscripta fuit hoc titulo: *Feria IV. in capite jejunii in Sacramentario Gregoriano.* Ideo autem institutum fuit post aliqua secula initium jejunii antepaschalis in hac Feria, quia plerique vexabantur scrupulo non jejunandi quadragesima dies, sicut fecit Christus Dominus, & idcirco isti quatuor alii dies ante predictam Dominicam adjecti sunt, ad complendum Quadragesimale jejunium, cum in Dominicis Quadragesimæ non servaretur. Præfati tamen quatuor dies non erant præscripti in Hispania tempore S. Ilidori Hispalensis, neque tempore quarti Concilii Toletani, imò neque Roma tempore S. Gregorii, qui Homi-

lia 16. in Evangelia expressè dicit, quod non jejunabatur nisi 3. 6. dierum spatio, propter quod è quadragesima duorum dierum numero sex Dominicæ subtrahenda erant. Apud hanc enim die (hæc sunt præcisæ verba S. Pontificis) usque ad Paschalis fidemini quæ sex hebdomade venient, quarum videlicet dies quadragesima duo sunt: Ex quibus dum sex dies Dominicæ abstinentia subtrahuntur, non plus in abstinentia, quam tringinta & sex dies remanent, dum verò per trecentos, & sexaginta quinque dies Anni ducitur & nos autem per tringinta & sex dies affligimur, quasi Anni nostri deinde Deo damus & unde probabile est, ut censetur editissimus Menardus in *notis & observ. in librum Sacram. S. Gregorii* pag. 55. neconon Genocolas sapravit. cap. 36. Missam, que reperitur in tali Sacramentario, & que inscribitur *Feria IV. caput jejunii*, adiectam esse post obituum S. Gregorii, cum illius tempore, quatuor illos ante primam Dominicam Quadragesimæ dies nulla jejunii lex involveret. Reperitur etiam in Codice Gelasio I. Cod. Thomasio evulgato, de quo jam mentionem plures fecimus, reperitur, inquam, in dicta Feria IV. post Dominicam Quinquagesimam Missa sic inscripta: *In jejunio prima statim Feria IV. Oratio autem predicta Missa finicitur: Inchoari jejunii quatuor: Domine longe favore pro equitate, &c.* Quanvis autem Gelatus D. Gregorium præcelerit, & quanvis auctus Codex Sacramentorum Gelatio attributatur, non inde tamen inferendum est, quod ante D. Gregorium fuerit instituta hac Mil-